UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Epistola. ij. ad maximu[m] Lollum

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

Nec medici credis nec curatoris egere
A prętore dati: rerum tutela mearum
Cum ſis: ⁊ praue ſectum ſtomacharis ob unguē
De te pendentis te reſpicientis amici
Ad ſummā. ſapiens vno minor eſt Ioue diues
Liber honoratus: pulcher: rex deniqꝫ regum.
Precipue ſanus: niſi cnm pituita moleſta eſt

Argumentum ſcđe Epiſtole.

PRopoſuerat ſibi poeta p̄ceptis ſuis hoīes meliores reddē ad ꝟtutes q̄bus ſolis ducibꝰ ad btām vitā ꝑuenit adhortari atqꝫ oñdere ſtulticia vn̄ oēs ꝑturbatōes pullulāt mortale genꝰ infeliciſſimū fieri Qua ꝓpter tāto ꝯſilio atqꝫ artificio ſcribit. vt q̄uis argumētū immutet tn̄ iocūda interpoſita varietate eādē repetat ſentētiā quā in ꝑma ep̄la expſſerat Scribit itaqꝫ ad. Loliū maximū vel rhetorē vel oratorē Demōſtratqꝫ qđ oēs q̄z docti aſſerunt Homeri poeſim exēplar vere ꝟtutis ꝯtinere. ⁊ in iliade quātum detrimēti aīoꝝ nrōꝝ ꝑturbatōes nobis afferant In odiſſea āt qđ virtus valeat ad bn̄ beateqꝫ viuendū ꝓſequitur

Epiſtola. ij. ad maximū Lollum

TRoiani belli ſcriptorem maxime Lolli
Dum tu declamas romę: prenęſte relegi
Qui quid ſit pulchꝛ: quid turpe quid vtile quid non
Planius ac melius Cryſippo ⁊ Crantore dicit
Cur ita crediderim: niſi quid te detinet: audi
Fabula quę paridis propter narratur amorem
Grecia barbarię lento colliſa duello
Stultorum regum ⁊ populorum continet ęſtus
Antenor cenſet belli precidere cauſam:
Quid paris? vt ſolus regnet: viuatqꝫ beatus
Cogi poſſe negat: Neſtor componere lites
Inter peliden feſtinat ⁊ inter Atriden
Hunc amor ira quidem communiter vrit vtrumqꝫ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber primus

Quicquid delirant reges plectuntur achiui.
Seditione: dolis: ſcelere: atq; libidine ⁊ ira
Iliacos intra muros peccatur ⁊ extra:
Ruſſus quid virtus ⁊ quid ſapientia poſſit
Utile propoſuit nobis exemplar vlixem
Qui domitor troie multorum prouidus vrbes
Et mores hominum inſpexit. latumq; per equor
Dum ſibi dum ſocijs reditum parat: aſpera multa
Pertulit: aduerſis rerum immerſabilis vndis
Syrenum voces ⁊ circes pocula noſti
Que ſi cum ſocijs ſtultus cupidusq; bibiſſet
Sub dn̄a meretrice fuiſſet turpis et excors
Uixiſſet canis immundus: vel amica luto ſus
Nos numerus ſumus ⁊ fruges conſumere nati
Sponſi penelopes nebulones alcinoiq;
Incute curanda plus equo operata iuuentus:
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies: ⁊
Ad ſtrepitum cythare ceſſantem ducere curam
Ut iugulent homines ſurgunt de nocte latrones
Ut te ipſum ſerues non expergiſceris: atqui
Si noles ſanus curres hydropicus. et ni
Poſces ante diem librum cum lumine ſi non
Intendes animum ſtudijs ⁊ rebus honeſtis
Inuidia vel amore vigil torquebere. nam cur
Que ledunt oculos feſtinas demere: ſi quod
Eſt animum differs curandi tempus in annum
Dimidium facti qui cepit: habet. ſapere aude
Incipe: viuendi qui recte prorogat annum
Ruſticus expectat dum defluat amnis: at ille

Epiſtolarum.

Labitur: ⁊ labetur in omne volubilis euum
Queritur argentum puerisq; beata creandis
Vxor: ⁊ inculte pacantur. vomere silue
Quod ſatis eſt cui contingit nihil amplius optet
Non domus: ⁊ fundus: non eris aceruus ⁊ auri
Aegroto domini deduxit corpore febres
Non animo curas valeat poſſeſſor oportet.
Si comportatis rebus bene cogitat vti
Qui cupit aut metuit: iuuat illum ſic domus aut res
Vt lippum picte tabule: fomenta podagram
Auriculas cythare collecta ſorde dolentes
Sincerum eſt niſi vas: quodcunq; infundis aceſſit
Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas
Semper auarus eget: certum voto pete finem
Inuidus alterius macreſcit rebus opimis
Inuidia ſiculi non inuenere tyranni
Maius tormentum: qui non moderabitur ire
Infectum volet eſſe. dolor quod ſuaſerit ⁊ mens
Dum poenas odio per vim feſtinat inulto
Ira furor breuis eſt: animum rege: qui niſi paret
Imperat: hunc frenis hunc tu compeſce cathena.
Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter
Ire viam quam monſtrat eques. venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula
Militat in ſiluis catulus: nunc adbibe puro
Pectore verba puer: nunc te melioribus offer
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu: quod ſi ceſſas aut ſtrenuus anteis
Nec tardum opperior: nec precedentibus inſto